fortuna exornet· ſuis munerib;
impunitum ẽ· q̃nian ſcelus ĩ ſce
lere ſupplitiũ eſt· Aliquẽ ergo
habeat oĩs homo ſecretũ quem
vereat᷑· q̃ ꝯſcius ſui ſecreta ſit· cu
ius auctoritate ſecretũ corrigat
ſi errauit· Tales ꝯſolat᷑ ⁊ aĩat
ad audacã vir ille curialiſſimꝰ
⁊ hũaniſſimꝰ Augꝰ· Quid inq̃t
erubeſcas o homo cõfiteri pecca
tor· ſicut ⁊ tu ego ſum· Cõfitere
ergo homo hõi· pcc̃oꝛ homo ho
mini pcc̃oꝛi· Quid times cõfite
ri· homo ſũ· hũanũ a me nichil
alienũ puto· Quid times cõfite
ri· Id qđ per cõfeſſionẽ ſcio mi
nus ſcio ꝙ̃ qđ neſcio· Confiteri
times q̃ nõ ꝯfitendo potes eſſe
occultꝰ· Elige qđ vis ſi nõ ꝯfeſ
ſus lates· incõfeſſus dãnaberis
Ad hoc enĩ deꝰ exigit ꝯfeſſionẽ
vt liberẽ humilem· Ad hoc dãnat
nõ cõfitentem vt puniat ſupbũ
Ergo triſtis eſto añꝙ̃ confitea
ris· ꝯfeſſus exulta q̃a iam ſana

ris· Ipſe eſt iudex tuus ꝓtector
tuus· Preuidet enĩ ⁊ ꝑuenit fa
ciem eiꝰ in ꝯfeſſione ꝓpter quẽ
⁊ per quem ꝯfeſſus eſt ag; cau
ſam eiꝰ ⁊ defenſoꝛ eſt peĩtentis
et impetratoꝛ venie cõfitentis·
ꝯfeſſus ãbula ſecurus ⁊ exulta
iam ĩ via· Noli tĩere iudicẽ· ad
iutoꝛ tuus iudex tuus· Añꝙ̃ eſ
ſes ꝯfeſſus ĩueniſti ſaluatoꝛẽ·
Impiũ te q̃ſiuit vt redimeret· re
demptũ deſeret vt ꝑdat᷑· Aperi
as in cõfeſſione pcc̃oꝛ os tuũ ne
claudat ſup te puteus os ſuum
¶ Et nõ ꝙ puteũ dicat infernũ
hic· Quid hinc nr̃is tꝑib; acci
derit audiamꝰ· ¶ Erat in villa
bruccellẽſi brabãtie ſacerdos q̃
dã vita ⁊ moribꝰ plurimũ inho
neſtus· Hic gule ⁊ luxurie dedi
tꝰ nichil fere videbat᷑ aliud me
ditari· Poſt finẽ ãnoꝝ paucorũ
poſtꝙ̃ preſbiter fuerat ordiatꝰ
iuſto dei iudicio impremeditate
defunctꝰ eſt Nec multo poſt q̃dã
preſbiter ꝯmẽſalis eius ⁊ ſociꝰ
cum crepuſculo noctis viã ageret
extra villam audiuit miſerabili
lem vocẽ q̃ſi de ſub terra clamã
tis ⁊ plangentis· Cõſternatꝰ au
tẽ preſbiter q̃ſnam eſſet cuius
vocẽ audiret cruce ſe ꝯſignans
inq̃it Quis es tu· Et vox· ego
inq̃t ſum ĩfelix ille ſocius tuus·
Et rurſus preſbiter Quo inq̃t

tibi ē·q̄re de hūmo eloq̄ū tuū·
Cui ille dato rugitu magno ym
mo maxīo· Ve inq̄t michi ve ve
q̄ṁā clauſit ſup me puteus os
ſuum· Et cū q̄ſi pēnigero volatu
vox plangentis deferret̄ in lon
gū audita eſt· Mirabilius tñ in
telligas ipſū q̄ hoc audiuit preſ
biterū in nullo prorſus vitā mi
ſerā correxiſſe ſed obiiſſe morte
turpiſſima· ⁊ feda neq̄ſſime cō
uerſacōis veſtigia poſteris reli
quiſſe· Vidim⁹ quēdam tamē
multaꝝ deliciaꝝ et poſſeſſionū
preſbiterū q̄ ꝑoris audita dāna
cōne preſbiteri oia penit⁹ cadu
ca dimiſit ⁊ religionē ciſterciē·
intrās bñ vixit ⁊ obiit· ¶ Nō er
go q̄a illi ad cumulū dānacōis·
⁊ iſti ad vitā correctōis res iſta
ceſſit· Videāt itaq; fideliū ⁊ po
tiſſime clauſtraliū apes ne iter
ſe coitu miſceant̄· Inductū eni
gñale diluuiū tpe noe legit̄ ſu
per terrā eo ꝙ filii dei filiabus
hoim miſcebātur· Et ecce plus
modo fit vbi nō ſolū filii dei fili
ab; hoim ſ; etiā filiab⁹ dei q̄d
g̃uius ē· ſic religioſi fr̄is religi
oſ miſcent̄· Heu vidim⁹ ⁊ hoc
frequēt̄ ꝙ q̄daꝫ ſm̄ v̇bū apoſto
li ceperūt ſpū ⁊ carne ꝯſūmati
ſūt· Voluerūt q̄dem ⁊ vtriā bo
no modo filias facere ſpūales ⁊
eas fecerūt poſtea cōcubinas·

E cōuerſo nōnulle femine ex vi
ris ſpirituales filios facere volu
erūt· que poſtea carnales ma
tres effecte ex filiis ſpūalibus
carnales filios peperūt· ¶ De
cōcubitu ergo taliū michi narrā
te ſanctiſſima abbatiſſa ordis
ciſterciē· q̄d moderno tempore
in burgūdia accidit videam⁹·
Preſbiter q̄dam noie tm̄ ſan
ctus et caſt⁹ moialē quādā alci
oris ordis iuuēculā ſub religio
nis ſpecie ꝑcurabat· Facta er
go occaſione cū ſocia ſeniore iu
uēcula moiał preſbiteꝝ viſita
uit· Poſt lautos aūt cibos et
potū īmoderātū moniales ī loco
vno et preſbiter ī altero q̄eue
rūt· Mane facto vetula moiał
ſociā iuuenculā ad matutinorū
executionem officii miſa eſt ex
citare quā cū ſtrepitu primo q̄a
ſilēciū tenebat deinde pulſacio
nibus vt attemptaſſet nec ꝑfe
ciſſet· ſurgēs q̄ſiuit ſociā nec i
uenit· Turbata ergo cū tota fa
milia moiał· cū factum pre con
fuſione celare vellēt nec poſſēt·
cū horrore ⁊ ſcādalo multoꝝ· ſi
cut īuenta fuerāt āboꝝ ſił cada
uerā ſūt ſepulta· Sꝫ ⁊ hic poteſt
q̄ri ſi miraculoſe ā naturaliter fa
ctū ſit q̄d narrauit· Et rñdeo·
⁊ miraculoſe ⁊ naturalit̄· Mirācu
loſe ad exēpla ſcā deteſtabił vt

vitatetur. Naturaliter. q̄a pre ī
mio ardore libidinis ī ipſo luxu
et delectacōne coitus. nimie ex
hauriūtur ſpirit⁹ aīmales. ⁊ cor
nimie dilatatum. reclusionē nō
recipit ſubitis motib; intercep
tum. Quid aūt de luxuria ⁊ tur
pi amore ⁊ īpudicicia phi ſenti
ant audiamus. Luxurie hoīnes
dedita voluptatib; ſe īmergūt.
q̄bus in ɔſuetudinem adductis
carere non poſſūt. et ob hoc mi
ſerrimi ſūt q̄ eo puenerūt. vt
ill̄ que ſupuacua fuerant facta
ſūt neceſſaria. ſeruiūt volupta
tib⁹ non inuiti. et mala ſua q̄d
maloꝝ vltimū eſt diligūt. Tūc
aūt ɔſūmata eſt infelicitas. vbi
turpia non ſolū delectāt ſʒ etiā
placent. ⁊ deſinit eſſe remedio
locus vbi q̄ fuerant vicia mores
fiunt et non ſūt. Neceſſe eſt
eni vt in immenſū exeat cupidi
tas. que naturalē modū trāſilit.
Illa eni habet finem ſuū. inania
aūt et ex libidine orta fine ter
mino ſunt. Conſiliari niſi turpi
tacōne turpis amor nō poteſt.
Etſi fedum. delectacōis tamen
cōmodū luxuriātem ſeq̄tur. cōſi
liātem vero turpia nullū. ⁊ hoc
turpiſſimū iudico. Quāto eni in
honeſtior luxurie turpitudo pre
dicatur. tanto honorificēcior pu
dicicie caſtimonia cōprobatur. Eſt
aūt pudicicia virorū ac mulieꝝ
precipuū firmamētū. cuius no
minis reſpectus. ſincerus iuuē
tutis flos per manēs. qua cuſto
de matrimoīalis ſcola cenſetur.
Due voluptates ſunt guſtus et
tact⁹ hoībus ɔmunes ⁊ beſtijs.
et ideo ī peccatū numero haben
di ſūt q̄ hijs femininis volupta
tib; deſeruiūt. Dū q̄dā ſtolid⁹
audiret pictagora diceret. malle
ſe cū mulierib; q̄ cū p̄his cōūſa
ri. Et ſues iq̄t ī ceno q̄ in flori
b; volutari malūt. Et qm̄ ad oēꝫ
terminū ſemp via dirigit. de
vijs per q̄s ad fornicacōis lap
ſum īprobe puenitur laci⁹ diſ
ſerāmus. Et hec via ꝓxima ad
fornicacioneꝫ cogitaciones ma
las et turpes. ɔſenſū aut malā
volūtatem precedere certū eſt.
Has maxime polluētes vel pol
lucōnes. oracionis noſtre ſacri
ficiū. virga crucis qua deus pa
ter filiū liberauit vel verberauit
cum abraham abiga⁹. Unde yſa
yas. Auferte malū cogitacionū
veſtrarū ab ocul̄ meis. Peruſe
enim cogitaciones ſepant nos
a deo. ꝓbata aūt virt⁹ ſubaudi
crucis. corripit īſipiētes. demo
nes vtiq;. qui vexant nos in co
gitacione maligna. Quod in
libro de natura rerꝫ aptiſſime de
ſignatur. Ait enim perdixion.

Arbor eſt ī pſide et īterpretatᷣ
otra dexterā. In hac colūbe que
fugiūt ſerpentes volatiles. tum
ꝓpter tutelā. tū ꝓpter fructum
eius q̄ mirifice delectanᷣ. liben
cius requieſcūt. Nec mirū. nō ſo
lum eni odor eiꝰ ſꝫ et vmbra ſer
pentes vexat. ita vt eam vetent
attīgi. Quid ī iſta arbore niſi
crux xp̄i. quid ī dextera n̄ ma
ter eius q̄ iuxta crucem ſtetit.
et q̄d in ſerpentibꝫ n̄ demones
q̄ columbas ideſt ſanctas aīas
valide pſequūtᷣ. Huiꝰ non ſolū
odorē v̄tutis quā ī frōtē xp̄ūꝰ cō
trahit verēciā et vmbrā hoc ē
crucis ſignū fugiūt ⁊ abhorrēt.
q̄a teſte auguſtio. Vbicūqꝫ cru
cis xp̄i ſignū cū fide preceſſerit.
nichil ibi nocere poterit īimicꝰ.
De hac arbore ſcā ecclīa letabū
da cantat ī ymno. Crux fidelꝭ in
ter oēs. ⁊c̄. Huius fructū ī can
ticis ſponſa dicit dulcē gutturi
ſuo. Qr aūt accendꝰ ē aīmus a
cogitacōe oſ̄ndit pħs dicēs. Nō
cito ruinā patitᷣ n̄ q̄ ruinam ti
met. Nullꝰ maior eſt q̄ſtꝰ q̄̄ɋ q
coherceas aīm anteq̄̄ capiatᷣ.
Penes eni aīm effugere potes
ſiue capi. et hoc plane ꝓbatur
ſic. Omē pecatū actio. oīs aūt
actio volūtatis. ergo omē peca
tum volūtariū. Omitte igitᷣ ex
cuſacōez q̄a nemo pecat iuitꝰ.

Sūt q̄ꝝ corpꝰ ī noxiū ē et ī mil
le facinoꝝ fines mēs viciosa diſ
currit. Nichil peccāt oculi ſi nō
oculꝭ mēs īperꝫ. Q̄ntū aūt ma
lū ſit cogitacōes pūſas fouere ⁊
p eas allici ad oſenſū ſb exēplo
ponimꝰ euidēti. ¶ Vidi vir ī bra
bācie ptibꝫ decore v̄tutis et for
ma oſpicuū quē iuuenē puella
laſciuiēs īpetebat. Nephas au
tē ducēs iuueīs v̄ginē deflorare
ſtuprū renuit. ⁊ aufugit ⁊ ī con
ſpectu familie domꝰ tutꝰ a puella
recedit. Quē illa īcredibilis ī
ſecuta ſup eiꝰ genua ſe locauit.
et dato graui ſuſpirio animā mi
ſeram euerſ luminibꝫ exalauit.
Qui virum grauiter contriſta
tum quaſi reum mortis ſubite ī
puella prout potui cōfortaui. ⁊
eius conſtanciam ac rectum dei
iudicium ī defuncta ſicut debui
collaudaui. ¶ Secunda via ad
fornicacōez eſt luxus oculoꝝ in
viſu. Quod iob euidenter conq̄
ritur dicēs. Animā meā depda
tus ē oculus meꝰ. Qō vtiqꝫ pa
tuit ī dauid q̄ incaute viſa beth
ſabee captꝰ ē oculis ⁊ cū adulte
rio crimē ꝓdicōis et homicidiī
ppetrauit. Et ꝓpter hoc ſollici
tus orauit in pſalmo. Auerte ocu
los meos ne videant vanitatem.
¶ In ptibꝫ ſueuie q̄s alemānia
otinꝫ ſicut a frēwaltēo quē ſup

poſui nup audiui· Mulier que
dam deuotiſſima erāt et nobil'·
pulcherrima etiā ſcd'm carnē
inter oēs patrie feminas repu
tata· Ad hāc vidēdā cū m'lti no
biles et potētes ſepi⁹ cōuenirēt
et illa pro viſitatione huiuſmo
di grauius ſepi⁹ turbaret̄ ne ſci
licet curioſa vidētibꝫ occaſio ſcā
dali preberetur· q̄a ſcd'm ph'm
magno vel malo periculo cuſto
ditur qd' multis placet· Orato
rium ſola ſuum ſemel intrans fu
ſis ad deum lacrimis dixit· Vi
deo michi criſte iheſu ex carne
qua īduiſti me piculū īminere·
licꝫ enī aīm meū fortiter fixe
rim vt nulla ꝓrſus vanitate con
mouear· tñ non modicū ptimeſ
co dare me poſſe cām debilib⁹
vt teptacōnū cupidie aliq̄ten⁹
agitent̄· Rogo ergo te miſericor
diſſime pater et domine vt ſpe
ciē meā in tanta feditate cōmu
tes vt carnis miſere tpitudo i
horrore poci⁹ ſit q̄ pulchritudo
fuerit in honore· Hoc dicto ſta
tim fediſſima lepra ꝯtrabuit vul
tus eius· erupecūt puſtule· ocu
li tumuerūt· os lacerū ierpte pa
tuit naſuſqꝫ gibboſa deformita
te ꝯtortus alienā penit⁹ faciem
demōſtrauit· Nec mora Egredi
ente illa occurrit marit⁹· virqꝫ
eam tñ per habitū cognoſcēs

quereret que ipſa ſit· et ea dicen
te ego ſum· Morqꝫ ille tot⁹ in
horruit et vt vidit familia om
nes ſimul exclamāt in planctū
mirantes precipue q̄d tā ſubito
domine ſue contigiſſet· Turba
tis parētib⁹ illius notiſqꝫ ōni
bus et amicis conſulit̄ phiſicus·
reſpōdet īcurābilem leprā· nich
il aliud eſſe ꝯſilij niſi q̄ extra
habitacionē hominū colloceť·
Qd' vt factū eſt et audiuit fra
ter ordinis predicatorꝫ q̄ eius cō
feſſionem audire ſolebat venit
ad illam et mire gaudētem inue
niens quereret cauſam īopinati et
ſubiti morbi· quā vt illa p ordi
nem enarrauit· frater ipſe tur
batus et miratus non modice in
crepauit eaꝫ dicens· O miſera
ma et ſtultiſſima mulierū que
in ꝯtumeliā et in piculū viri tui
opus dei in te precū īſtancia de
ſtruxiſti· et parētes et amicos tu
os q̄ deū laudauerūt et venerati
ſūt in te ad blaſphemādū nūc
p tale īfortuniū coegiſti· Age
nūc kariſſima inſiſte precibꝫ et
ad cōtrariū dei geſte diuinā mi
ſericordiā interpelles· Hoc di
cto receſſit frater· Illa aūt tota
liter ī lacrimis reſoluta orauit
ad dominū dicens· Domine pa
ter et dominator vite mee vt li
beriori mente et puriori ſpiritu

ſeruitem tibi hoc ĩ me flagellũ lepre a tua bõitate expetiui· Sz quia audio a patre meo ſpiritua li cui tota deuocione cõmiſi me contra ſalutem meam a te oĩm domino petiuiſſe· rogo te p tu am benignissimã caritatem vt ĩ me tuũ plaſma reſtituas ſm q̄ tue placuerit optime voluntati· Mira res· Vix verba compleuit et in tanta claritate cutis ⁊ ele gantia forme ſubito fit facies reſtituta· vt nec in ea vnius ru ge veſtigium vel ſaltem tenuiſſi ma macula remaneret· Quo vi ſo gaudet miles ⁊ vxorem repu tat ſibi quaſi redditã rediuiuã· Exultat familia· fama rei ge ſte diffunditur· letantur amici applaudit et patria ⁊ inclita cri ſti pietas ore omnium collauda tur· Et vir quidem miles anno dimidio ſuperuixit· ⁊ iclita mu lier eius non immemor bonita tis criſti cũ filia vnica quã habe bat et poſſeſſionibz vniuerſis ad monaſterium ſororꝫ ordinis predicatorꝫ trãſijt q̄d heinberch dicitur et in eo auctore deo reli gioſiſſime conuerſať· Vide er go lector conſidera virtutem in femina que intm̄ horruit oculũ impudicũ vt in ſe precium inſtã cia lepre plagã acciperet· Quid nimirꝫ nequius oculo q̄d creatũ eſt· Ideo moyſes ĩ lege inhibz filijs iſrahel ne ſequantur cogi taciones ſuas et oculos per res varias fornicantes· Et eccleſi aſticus· Oculus malus ad mala non ſaciabiť ⁊ in triſticia erit ſemper· Non ab re dominus in euangelio dicit· Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum et ꝓice abs te· Quã q̄ hoc ad litteram dictum ſit intelligere quiñ poci us per oculum nequã concupiſ cenciã male volũtatis ĩtelligas et hãc eiciẽdaz a capite cordis ꝓiciendamqꝫ mutato ꝓpoſito· ne in facto precdiẽs ꝓlabaris ⁊ ſic ſcãdalizeris a ꝓximo ⁊ p cõ ſequẽs ꝓximũ ſcãdalizes ¶ Vi di ſanctũ virũ magiſtꝫ guidõ nẽ p̄ſbiterũ beghinarũ ĩ niuella de q̄ certiſſime ferebať q̄ cũ in ſo negio opido hanonie ſcolas re geret adoleſcens incaute ſeľ fe minã cõtemplat⁹ p annos tres ipſa mortua intm̄ tẽptat⁹ ẽ vt excepto eo q̄d vigilans ſuſtine bat oĩ nocte in ſomnis crederet eſſe p̄ſitem· Sciẽs ergo ſm ſe dyabolũ nõ ceſſare de nocte clã tumulũ mortue mulieris aperu it et nares et faciẽ ĩ ceno putre facti corporis tam diu tenuit vt pene nimio fetore ſuffocat⁹ q̄ſi mortuus caderet reſupin⁹· Que res intantũ valuit ſancto viro

vt nullū poſtea ſtimulū in car
ne ſentiret. De hoc illud ſecre
tum accepi ꝙ ſtatī vbi dicti viri
beata anima pro condicione
carnis corpus exiuit cuidā ab
.xiiij. miliaria longe poſito per
viſionē apparuit et cuius eſſet
meriti. lapis preciosus quē ī pe
ctore portare videbatᷣ ad illuſtrā
dum totum orbem ydoneus et
clar⁹ oſtēdit. Nec mirꝫ vt q̄ mlᷣ
torū corda ad cognitionē verita
tis illuſtrauit dei verbo et virtu
tis exemplo felix ei⁹ aīma tan
to lumine potireᷣ. ¶ Sanctus
ludowicus cathalanenſiū eṗus
fuit vir corpe venuſtiſſimus et
pudic⁹. Quē vt vidit q̄dā gal
liarū regina oculos coniecit in
eū et oportuno loco vocatum ad
cubitū īuitauit. quā ille toruo
vultu et oculo īdignāti deſpici
ens verb̄ increpacionis ꝯſutauit. cui⁹
oculus poſt mortem etiā ī ſicco
cadauere extingui ⁊ caligari nō
poterat. vt michi ⁊ multis alijs
audientib3 magiſter iohānes de
firmitate abbas quondā regu
larium in eadem ciuitate qui ipſū
oculū quaſi criſtallinū lucidiſſi
mū vidit et poſtmodū enarra
uit. interfuit eleuacōni dicti ſan
cti corporis qđ ānis plus ꝗ̄ qua
drāgētis ī terra iacuerat. Et iu
ſte q̄dem oculus etiā in mortuo
corpore extingui non poterat.
q̄ contra mortificātem hoſtem ī
fragili vaſculo viuid⁹ permane
bat. Et vere merito extrīſecus
caligari non debuit q̄ venenum
corrupcionis īt̄īſice recipe nō
curauit. Quid aūt de oculo non
figendo plurib⁹ ſeneca ſentiat au
diam⁹. Qui deponere inq̄t vult
deſideria rerum ōmium quarum
cupiditate flagrauit ⁊ oculos ⁊
aures ab hijs que reliq̄t auertat.
Nichil enī facilius ꝗ̄ amor re
crudeſcit. Affect⁹ quocūq3 ſe ver
tet aliqđ p̄ńs ſue occupacionis
inueniet. Cogitacōnes vagas ⁊
inutiles ⁊ quaſi ſomno ſimiles
non recipies. Cogitacio ſtabilis
ſit et certa. ſiue deliberet ſiue
querat ſiue cōtempleᷣ non rece
dat a vero. Si continens es ⁊ ani
mi et corporis tui ſenſus ſingu
los motus obſerua ne indecori
ſint. Nec ideo cōtemnas q̄a la
tent. nā3 nichil differt ſi nemo
videat cum ipſe illos videas. Si
oculus concupiſcit auerte. ſi aures
heſerint fuge. ſi arſerit lingua
reſtrīge. ſi tactū man⁹ illexerit
retrahe. ſi curioſus odor irrepſe
rit nares ꝯtorq̄. Et hec q̄dē ſi
primo motu ī vſu duxeris abho
minabunᷣ ſenſus vicia et intro
ſedere cū aīmo ꝯdeſcet. Exclu
ditᷣ affect⁹ facilius ꝗ̄ expelliᷣ.

Quia ergo non eſt regredi faci le·optimū eſt omnino non pro gredi·Vire pulchritudinis ado leſcēs cernēs in ſua ſpecie ſolli citari plurimas illuſtriū feiarū vultū ſuū ↄfodit vulneribꝫ·ma lens deformitatem habere fedi tatis q̄ formā īcitamētū aliene libidinis·¶ Tercia via ad for nicacionem eſt conſiliatricū ab horrēda immaīitas·De hijs ec cleſiaſticus dicit·lingua tercia mulieres fortes deicit et ꝓua uit eas laboribꝫ ſuis·ligua ter cia ē turpitudinū mediatrix q̄ prime matris eue ſpciem gerit que virū in omni ſapiētia et de core pfectū ſeduxit ⁊ expulit a paradiſo·Que es igitur puella ſimplex expers fallacie q̄ taliū manus poſſis effugere ſi ſemel etiā tenuiſſime prebes auditū· ſolum tibi reſtat conſiliū vt ta lium cōſorcia tibi ſemper vites nec cū eis vadas aut ſedeas q̄a nil puelł pniciosius iſto malo· Viror certe et diu mirat⁹ ſum q̄ iura ciuilia tales nō puniūt quę ꝓ re modica furem iudicant et ſuſpendūt·lex moyſi ī leuiti co precepit ſi q̄s hominem fura tus fuerit ⁊ vendiderit ſine vlla miſericordia moriat·ſit furtū manu ſit furtū conſilio nec vllo mō differūt in peccato Qua er go pena plectenda eſt lamia q̄ puelle aīaꝫ quā ſeduxit tradit dyabolo et corpus lenocinijs defedandū·Preterea turpius dehoneſtare vel dānificare non poterit hominē q̄ ī filiarł vxo re·¶ Audi q̄d hinc noſtro tēpo re remis acciderit·Erāt homo vt michi frater ordinis predicato rum retulit faber lignarius ab modū tenuis vxorē habens pul chram et bonam·In hāc diues q̄dam pecunia ſꝫ iops corde ocu los īiecerat īpudicos·Miſſa er go ab eo nephanda vetula ītrat domū iuuēcule ſalutat eā quaſi incognitam·reſidet ad ignem· Nec mora·circumductis oculis fatigatam ſe plangit·Querit hinc iuuencula anū cur veniat ꝗ quid querat·Et vetula·ſi ipſa ſis neſcio talis nominis taliſqꝫ ma tris filia quā habere me credo ī iſta vicinia cōſobrinam·Cui iu uencula·ſi ſum neſcio tali quidē nomine cenſeor et etiam habui talem matrē·Tunc vetula ruēs ī oſcula iuuēcule·bene inq̄t aſſi mularis optīe mrī tue·Tu aūt q̄lem virū habes·Cui illa·bonū inq̄t ope fabrū lignariū·Mox vetula alcius elato gemitu·heu inquit optime matris filia quo modo ad iſtā miſeriā veniſti vt fa brū habeas vix q̄ tot ī pentrla

tua magnos ⁊ diuites habuiſti.
Hec dicēs q̄ſi meſta nil ā plius
locuta receſſit. Inde quarta die
reūſa. vere inq̄t multū ſollicitor
vt poſt infortuniū ſaltem copi
oſius reb⁹ valeas abundare. In
ueni ergo viā quā hoc fieri po
terit ſi ↄſentis. Eſt ī ciuitate iſta
vir diues et potens valde q̄ te
vt heri m̄ dixit cū tuum infortu
nium deplorarem ſup ōnia dili
gēs concupiſcit. Cum iſto q̄dez
habebis quicq̄d corpori placere
poterit vl̄ decere. Cui iuuēcula
Bonum inq̄t virū et meliorem
me habeo. diuitias autē cū pctō
augere nō cupio. Cui vetula qua
ſi blādo vultu ↄgratulans. ⁊ hic
iq̄t magis te diligo kariſſima.
Hec dicēs abijt. et poſt tridu
um reūſa dixit. Veni mecum ka
riſſima ⁊ eccleſiā pariter glori
oſe v̄ginis viſitemus. Nihil er
go mali ſuſpecta ſimplex iuuen
cula parꝫ illi et cū vetula vadit.
At vbi an̄ portam diuitis tranſ
eūt vt preordinauerat vetula.
iuuēcula rapit̄ ⁊ ꝓtrahit̄ ī cōcla
ui. Anguſtiata ergo iuuēcula ⁊
emin⁹ ad aures vetule ſe īclinās
ait. Michi hac nocte ↄtigit iux
ta ↄſuetudinem feiaꝝ. Ad horā
nūc liberes me cognata dulciſſi
ma ⁊ fide data ſpondeo cras re
dire. Annuit vetula ↄſentit ⁊ di
ues. Hic ergo iuuēcula domum
rediēs q̄d fiat excogitat. ꝑparat
de vicinia tres fortes ⁊ validas
feminas ⁊ eas cum ſcopis clā ī
thalamo collocauit. et q̄ſi vellet
melioribꝫ veſtibꝫ indui. venientē
vetulā velut ad ſuum auxiliū in
troduxit. firmatq̄ꝫ hoſtio cen
currūt ſcie ⁊ nudatam veſtibus
percutiūt ſcopis miſeram vſqꝫ ad
ſanguinis effuſionē. Nec ceſſāt
a verberibus donec eluctuato co
namine vetula hoſtiū exiliuit
et nuda penit⁹ per plateas au
fugit. Miratibꝫ cūctis q̄d factū
ſit audiunt. ⁊ cōſtātem in caſti
tate iuuēculā ꝑ totā mirifice ciui
tatem extollūt. pluſq̄ꝫ lucrata eſt
in honore ⁊ gloria bone fame q̄
fuiſſet in oīb⁹ copijs diuitis ad
eptuā. ¶ De taliū q̄ꝫ cōſiliatri
ce miſerrima a fratre ordis p̄
dicatoꝝ veriſſima relacōne per
pi. Erat vetula infelix q̄ relictā
iuuēculā ꝑ ſeptēniū circūduxit
⁊ diuerſ vendidit viris ꝓ virgi
ne incorrupta. Maleficio autē
ſuo hec egeāt vetula vt nuncui
qꝫ cognoſceret illā inuiolata peī
tus videret̄. Contigit inde vt ꝑ
ſacra intrāte auguſto mēſe vetu
la p̄cederet iuuēculā ſequētem.
Nec mora. A demonibꝫ rapitur
vetula ⁊ vidēte iuuēcula ꝑ aeras
vacuum vſqꝫ in longinquū quo

eam amplius videre nō poterat
ferebat̄·hoc viſo conterit̄ iuuē
cula ⁊ illi q̄ hoc michi retulit ſe
quēti die confeſſa laudabiliter
vixit poſt hoc· Sicut autem de
ꝯſiliatricibꝰ diximꝰ q̄ puellas
ꝯſtituunt·ita ⁊ de adulteris di
cimus q̄ proximorū vxores defe
dant· q̄re ſm̄ leges ciuiles ſta
tutum nō ſit vt crimē tā abhoī
nabile nō puniatur· ¶ Qn̄tum
aūt malum ⁊ q̄ꝫ deforme ſit de
us omnipotēs in quodā milite
theutonie demōſtrauit· Hic de
latere ꝯiugis ī tempeſte noctis
ſilencio exurgēs ꝯpleto cū alie
na flagicio domū luna lucēte re
dibat· Cuius faciē ꝑ feneſtrā in
trātis vxor eminꝰ contemplata
clamat horrifice· Ad cuiꝰ clamo
rem āncille domꝰ et famuli ꝯcurrē
tes mox ad ꝯuiuiū dn̄i pariter
clamauerūt q̄ſi a ꝯſpectu demo
nis deturpati· Qd̄ vt miles vi
dit aīaduūtit faciē ſuā a ꝓpa for
ma receſſiſſe et diuino iudicio
ſm̄ vilitatē peccati ꝯfuſionis
ignominiā īduiſſe· Ergo vbi de
lituit vſq; mane ꝓceāt vſus ec
cleſiā vt ꝯfeſſus ſacerdoti formā
ꝓpriā recipere mereret̄· Cui cū
vacce et pecudes ville ꝓcedētes
ad paſcua lōgius obuiarēt·mox
dicos debere mugitus et quaſi
mox minaci fulmine retroacte·

queq; q̄ poſſūt diffugiūt· Idē;
paſtores ⁊ obuij quiq; fecerūt·
Sacerdos aūt ī hoſtio eccleſie ad
dicēdas horas reſidēs mox vt il
lū vidit ſignauit ſe ⁊ itrās eccle
ſiā hoſtiū poſt ſe clauſit· Tūc
miles ꝓſternēs ſe an̄ fores ec
cleſie· Miſerere inq̄t pater ſcē·
miſerere miſerrimo peccatori·
Non enī ſū ille q̄ videor ſꝫ hoc
m̄ pctīs meis exigētibꝫ accidit
vt in me larua ta quaſi facies de
formet̄· ſꝫ penitenciā iniūge qd̄
vis·⁊ ſic de me qd̄ deus voluerit
exſpectabo· Nec mora·vbi mi
les cū mīa ꝯtricōe ⁊ lacrimis ē
ꝯfeſſus·laruat̄ illa ꝯfuſio dē ter
ſa ē ⁊ ꝓpā faciē cū ſua itegritate
recepit· Vidimꝰ plurēs ex hijs q̄
militē optīe ꝯgnouerūt nobiſq;
iſta de illo veritate teſtatiſſima
narrauerūt ¶ Quarta via ad for
nicacōez luxus in vrbis·qd̄ ſalo
mō de muliere blāda ⁊ vaga te
ſtat̄ dicēs· Illaqauit eū multis
ſmonibus· Vita enī mulieres ⁊
qd̄ turpius ē· mulieres viros il
laq̄ant ⁊ illaq̄ant̄· Taliū ling
ua eſt vt dicit iacobꝰ apoſtolus
in canoīca epiſtola inq̄etū malū
qd̄ mentes ī ſe an̄ pacificas flu
ctuare fāt vl̄ iacit·plena vene
no mortifero qd̄ mētes ita īficit
tēptatorꝫ·vt nec timore dei vl̄ ho
minū vl̄ dāno ā ſcādalo poſſint

auelli vt ſic in corpore per cor
ruptionē et in aīma per pecca
tum in oculis dei primū ⁊ ſubſe
quenter in ocul' hoīnū ↄſīdan
tur· Tu ergo v̓go caſti ſiue in
ꝓpoſito vidua vl' q̄uis honeſta
mulier matrimoīo copulata ab
inicio caput contere tēptatoris
et non erit neceſſe cū labore et
neceſſitate nō modica herētem
animū reuocare Maria v̓go om
nis v̓tutis et caſtitatis exēplar
etiam in ſermone āgeli vbi ad
ſeclauſam igredietem vidit tur
bata eſt· ⁊ hoc q̄a aereū corpus
in ſimilitudinē viri loquētis ac
ceperat· Viſitacōnes enim āge
licū in ſpiritu p ꝓpriū ſubiectū
hoc eſt in ꝓpria natura āgelica
vt credi digniſſie poteſt aſſue
ta erat habere· Salutātem ergo
angelū et ſecundandā v̓ginem
aſtruētem· non v̓bi dubia ſ; mo
di neſcia ↄſtāter inq̄at· Quo
modo inq̄t fiet iſtud quoniā vi
rum non cognoſco· Sz et tu ca
ſtitatis amatrix ſi ſaltem v̓bū
viri ſuſpectum audiens· ſande
moras· dirūpe ſermonē· auditū
auertas· Ariſtotiles teſtis ē in
libro de aīalibꝫ· ꝙ q̄diu ſus
ſollicitante mare rigidas aures
tenuerit non ↄſentit in coitum·
vbi vero aures icepit laxare ad
luxuriā ſtimulat̄· Quid euiden
cius hoc exēplo· Et nota ꝙ idē
pħus dicit ꝙ ōne animal habꝫ
aures mobiles preter q̄ homo·
Rigidas ergo ⁊ imobiles aures
habeas ⁊ cū aſpide cauda exit⁹
rei q̄ tibi ſuggerit̄ eas obtura·
ne exaudias· id eſt corde audias
incantātem· Raro enī fit vt no
ciuū q̄d aures itreat ⁊ cor nō
ledat· Et ꝓpter hoc hortat̄ ſalo
mō dicēs· Sepi aures tuas ſpi
nis ſalicꝫ vt q̄ ipe tunc itrare vo
luerit importuni⁹ hūc repellas·
Et hoc patet ſub exēplo· Ve
nerabil' iohānis boſnenſ cuiuſ
dam epi ⁊ poſtea magiſtri ordi
nis predicatoꝝ vt a fratre ipſi⁹
ordinis precepi factū ↄmēdatiſſi
mū audiam⁹· Accidit cū nuper
romanoꝝ ipatrice luxu corporis
impudentiſſimū hic beat⁹ vir
ſecreti⁹ arguebat· q̄ȯ licet ipa
tor patienter audire videretur
exterius· in corde tamen indig
nantiſſime ꝯuabat̄· Precepit
ergo cuidā ſue pulcherrime in
ter ceteras ↄcubine vt ſanctum
virum ſecrecius ↄueniret ⁊ eum
ſi vllomodo poſſet iclinarꝫ ad
lapſū· Que vbi illa ſecrecius con
ueniencius et maliciſius attēp
tauit clam in iſidijs impatrice
cum pluribꝫ ↄtuente vir beat⁹
manū erigēs i ſublimi meretri
cem in maxillā cū v̓tute percuſſit

et facie ten⁹ in terrā eliſit. Quo
in facto ſanctum virum impera
tor in tanta poſtmodum reuerē
cia habuit. vt vir vlli tm̄ ī eccle
ſia ſancta crediderat. Vide ergo
ſerue dei. vide v̓go caſti. quan
tum lingue malum qn̄ tam ſiluā
niſi reperta fuiſſet mira via vir
tutis ſoliditas ī cēdiſſet. Quis
non videt in tanta via lapſu totū
et tantum ordinem vacillaſſe.
Crede ſalomoni tam q̄ experto
q̄ vipereum vir⁹ mala lingua.
Nec ſexſum hinc exclude viralē.
Dicit etiam ſapiens. Cum fatu
is non habeas conſilium. Non
enim poterunt diligere niſi ea
que ſibi placent. Et iterum in
fra. A conſiliarijs malis ſerua
animā tuam. Et beatus aug⁹.
ſibi cauens. Appetit inq̄t et ap
petitur cōcupiſcencia mulierū.
Et vide q̄ exſecrabil' dolus ē q
q̄daz magis tēptant̄ de pſonis
q̄ ſpeciē ī habitu et religiōe pre
tēdunt q̄ de hijs q̄ ſeculo ſe de
derūt. Et mulieres ſimiliter que
nūq̄ de viris ſecularibꝫ tempta
rent̄ eas dyabolus et mēs puer
ſa in ſanctos et religioſos vel vi
ros eccleſiaſticos ſtimulabat.
Cuius ſimile q̄d in libro de natu
ra rerū plinius apte ponit. Sus
inq̄t qn̄ luxurie furijs agitat̄ ī
virū irruit candida maxie veſte

indutū. Et vt hoc pateat ſub ex
emplo q̄d noſtris temporib⁹ in
hyſpania contigerat audiam⁹.
¶ Predicator q̄dam ꝛ actōne iij
et ordine in hyſpania maxim⁹
fuit q̄ frater dominic⁹ dict⁹ cum
beato dominico ibidem predica
torꝫ ordinem āpliauit. hic exīmi
one ſācitatis ꝛ gr̄cia acceptiſſim⁹
erat regi caſtelle et nobilibꝫ vni
uerſis ſicut a frē ordinis predi
catorꝫ ī nouitate ipſius ordīs an
nis iā fere .xl. elapſis accepi. cū
vbi q̄dam ſoldaria vt gallice vo
cant̄ tales ſꝫ rerum ſolēnis mere
trix vidit ꝛ īuidit. dixit regi et
ſuis. Quid creditis de iſto hoīe
quē ſctīſſimū reputatis. Oſten
dam vob̓ q̄s ipſe ſit. et cū vobis
videtibꝫ ad cōcubitū flectā. Cū
qꝫ rex meretricē vt vir vrban⁹
et nobil' increparꝫ. et illa ī peri
culum vite ſue ſi nō poſſet hoc
inſtanter promitteret. Reſpon
dit rex. fiat vt ſpoſpōdiſti. Nec
mora. vbi q̄dā die vir beatus in
predicacōne ſtabat. publica me
retrix ad veſtigia ei⁹ cum miro
eiulatu et lacrimis ſpectāte po
pulo ſe proſtrauit. Quod vt ille
vidit exhilarat⁹ ī ſe q̄ſi ſup peni
tētēꝫ cōpaſſionis lacrimas fu
dit. Tūc audita ꝯfeſſione ei⁹
p multos dies conſolabatur eā
ꝛ ipſam ſꝫm q decebat mutare

habitũ fecit. Humilitate ergo et
obediẽtia in oĩb⁹ ſimulata poſt
multos circuitus flexuoſos q̃s
ãtiq̃ ſpente docẽte tēptaueãt.
ad iſtud tandem inaudita doli
tendiculũ cõuertit ingeniũ. Fle
uit dieb⁹ multis nec vllã lacri
maꝝ cauſam extorquere potuit
vir beatus donec ille ꝓmitteret
vt eãt innocẽtiſſime ſimplex ĩ
ſubuencõnem ſalutis illius tõli
ter ſe daturũ. Ad hãc voce mere
trix cum clamore valido ꝛ lacri
mis. O de⁹ inq̃t oĩpotens non
hec miſerrima meruit vt ꝑ vo
to tũ viꝝ ſalicꝫ ſuũ tuũ ĩ ſalu
tem meã ad õnem libitum obti
nerẽ. Et ille. audacter inq̃t pete
q̃d vis et fiet. Et illa. Vere iq̃t
nũc ſcio q̃ꝛ mei miſertus ẽ deus.
vnum reſtat quo pacto parata
ſum ꝛ in mortem et in penã ire
q̃cumqꝫ preceperis expia. Cui
ille. q̃d ẽ hoc inq̃t Et illa incli
nato vultu ſuſpirãs q̃ nil min⁹
q̃ᷓ meretrix viliſſima putaret.
Verecũdor inquit dicere q̃d tũ
vita comite vitare nõ poſſũ niſi
vice ſola tuo fruar cubitu mee
ſalutis aut vite ſpes eſſe nõ po
teſt. Mox ille dolũ vipereę men
tis intelligẽs. nec hoc inq̃t fru
ſtrabens. eſto certa. Et hec di
cẽs aſſiguit ei locũ quo eũ ſolũ
ſũmo mane poſt dies q̃tuor ĩue

niret. Intermediis igit̃ hiis di
ebus vir beat⁹ in oracõe cõtinu
us pnoctabat. Mulier vero regi
et ſuis q̃d actum ſit occulte ĩdi
cat iubẽs eos ſuum introitũ ob
ſeruare. Quid plura. Stupefcõ
regi cũ ſuis q̃d fieri debeat ꝑſto
lat̃. Facti⁹ vero dei a media no
cte ab inſtar lã ex carbonib⁹ ig
nem in cella parauerat. Mane
ergo pulſante ad oſtium mulie
re intromiſit eam vir beat⁹. ba
culoqꝫ cõfricãs ignem vt magis
ignesceret. mox ſe depoſuit ſu
per ignem dicẽs. Ecce locus tali
opere dign⁹. hic cuba mecũ ali
um nõ habeb. Hoc vt vidit mu
lier q̃ſi mortua cecidit. Milites
vero regis ex inſidiis irruẽtes
beatum viꝝ ſine aduſtione aliq̃
corporis ã amicti ĩ mediis igni
bus. mulierẽ autẽ irrigidatam
ad parietem q̃ſi mortuã inuene
rũt. Terrore igit̃ et ãmiracõe
cõfuſi flexis genib⁹ rogant ab
igne ſurgere ſanctũ virũ ꝛ ſtul
tis ſuis preſumpcõnib⁹ ĩdulge
re. q̃ facto extrahunt cum ſuro
re miſerrimã et niſi vir beatus
inſtãtiſſime ꝛ cum difficultate
ei fuiſſet ꝑſidio. illã ſtatĩ iubẽ
te rege ignib⁹ concremaſſent.
Nec miꝝ. in iſto facto ꝑ totum
regnum hiſpanie predicatorum
ordo recens adhuc et coaluit et

conualuit ſublimari. Nō igiť lector qñ ta puīcatia ī muliere vi liſſima cui fornicatores in tota neq̄q̄ hiſpania ſibi ſufficere po tuerunt n̄ etiā in tam ſancto or dine quererẜ corruptores· Jdeo de muliere nequā ſalomō conq̄ri tur dicēs· Jnueni amariorē more te mulierē que laq̄us eſt venato rū ⁊ ſagena cor ei⁹· vincula ſūt man⁹ ei⁹· q̄ placẜ deo effugiet illam et qui peccator eſt capie tur ab illa· Et iob· halitus iq̄t eius prunas ardere facit et flā ma de ore ei⁹ egreditur· Quid igiť ſerue dei q̄d tibi cū feminis cōfabulatio tam aſſidua.· Mira banť de caſto q̄ deus et homo ſimul ē ⁊ ideo ab omni ſuſpicōe remot⁹· Mirabāť inq̄ diſcipuli q cum muliere dn̄s loquebať· Quid ergo tibi faciendū ē pec cator homo q̄ carnē geſtas īfir mā ⁊ naturā īfectā.· Si iuuenis es nulla ſecuritas· ſi ſenex expire in te cū illo q̄ dixit· adhuc igni culus viuit· Sẜ reſpōdes· zelus me trahit ⁊ hec ſalus proximi· Et rīdeo· Nūquid et aīas viri habent.· quare non cum illis aſ ſiduas colloquia.· et vtrīq; viri pluribus et maioribus periculꝭ patent· Moderetis ergo verba cū frīs· ſemp ſit tibi teſtis ī ocu lis· Sermones vtiles et ſucan

ctos ɋpone hijs· ſi nolūt illi eſ ſe cōtente flectiq; neq̄unt ad ſa lutem conſulo q te ſubtrahas ⁊ negocium deo omittas· hoc eſt maxie ſi ſpeciali ſorte perſona rum curā non habes· Quid eni ɋdeſt ſi vniūſum mūdum lucre ris et anime tue detrimentū pa tiaris.· Si forte in longeuo eta tis vſu ⁊ retroacta caſtitate con fidis audias quid dicit ſanctiſ ſimus et verēdicus aug⁹· Cū mu lieribẜ mo breuis aſper et rigi dus ſemper eſt habend⁹· Nec ideo min⁹ vitande q̄a bone ī deſ et honeſte videntur· ẜ q̄nto reli gioſiores tanto magis alliciūt et ſub ſpecie religiōis plurimū vigẜ viſc⁹ libidinis· Crede michi vt eṗs loquor et expt⁹ cedros libani gregū arietes repperi ſb hac peſte corruiſſe· De quorū vita non min⁹ ſuſpitabar q̄ de iheronimi vel ambroſij turpitu dine ipudica· Ecce q̄d audiſti· ſi in viridi hec facta ſunt in ari do q̄d fiet.· Jgnis ē mulier etiā ignis ad oſūptionē deuorans· Quid autem de ſe iuuenes ſenti ant neſcio· ego aūt· lx· ānorum ſum vno min⁹ ⁊ vndiq; pſtrepē tibus malis caſum adhuc lubri citatis horreſco· Memor ſum ſa cti quod moderno tempore ɋpe cameracēn· dyoceſim accidit·

¶ Quidā clericꝰ a puericia ce
lebs et caſtꝰ poſt longū theolo
gie ſtudiū in ſolēni cōuentuali
eccleſia canoniam eſt adeptus·
Diarum ergo zelo ductꝰ preben
dā pro prochiali eccleſia cōmu
tauit ī qua cū per ſeptēniū fru
ctuoſe multū et fideliter laboraſ
ſet predicacōne et exemplo ani
mas lucratꝰ eſt criſto quas dy
abolus conabatur auferre· Acci
dit ergo vt virgo ſexagenaria
que ciliciū ipſius ſacerdotis la
uare ꝛ mūdare ſolebat ſola ſine
teſte vel ſocia thalamū igredere
tur· Quid plura· Ad tā nephā
dum infortuniū res deuenit vt
ambo ſacerdos et mulier anteꝗ̄
ſepararēt diu ſeruato caſtitatis
et v̄ginitatis lilio fruſtrarent·
Et q̄dem mulier intm̄ doluit vt
pre nimia amaritudine mortem
acceleraret in planctu· Sacerdos
vero expertꝰ icognitū ī luxuria
adhuc vt credimꝰ viliſſimus p
ſeuerat· Quid mira· q̄nto locꝰ
altior tanto caſus grauior· Vnde
merito angelorū caſus irrepara
bilis fuit· Quid in ordīe aliorꝫ
religioſorū fiat ignoro· nec enī
eſt meū iudicare· Si ſcirē de fra
trū predicatorū ordine vtpote
magis familiari michi ꝛ cogni
to ſcio oēs fere quos ī ſcādalum
ſancti ordinis cecidiſſe cognoui
quaſi irreparabiliter corruiſſe·
Credo tn̄ vſqꝫ in hodiernū diē
qua pn̄s opuſculū ſcribo vnum
eſſe inter ordines iſtū quem do
minus ihesus criſtꝰ ſua pietate
et ḡra miraculo cuſtodiuit ſicut
ipſe expertus ſū q̄a· xxx· ānis in
diuerſis regionibus vices epiſco
porū confeſſiones audiens exſe
quebar· ¶ Quīta via ad forni
cacionem eſt luxus in oſculo q̇d
ſalomon in ꝓuerbijs inſinuās
de muliere garrula ꝛ vaga· Ap
prehēſū inq̄t iuuenē oſculatur·
Racio huius eſt q̄a luxuria per
oſculū incitat᷑ q̄a in oſculātibꝰ
conuēcio parciū ſit ꝛ aīales ſpi
ritus coniūguntur· Vnde ariſto
tiles dicit ꝙ equi ante coitū cō
ſpirant anhelitu et per hoc ad
coitū prouocātur· quomodo hoc
verum ſit illi maxime conſcij ſūt
qui ↄfeſſiones audiūt illius ge
neris mulierū quas nolo ꝓpter
ſcādalū ex habitu ꝓpalare· Quā
ta enī ex oſculis enormitas fedi
tatum eueniat ſalomō inſinuat
vbi ait· nolo detegere neſcientib
bus ne nitant᷑ īvētutū ꝛ a dyabo
lo ſuius attemptētur· Hic for
te dicis· Nulla ꝓrſus ī oſculis
libidine moueor ſꝫ deum īvirgi
ne veneror ꝛ preſencia eius īha
bitatoris afficior· O neq̄ſſime
mentiēs qui hec dicis· Audi q̄d

dicat caſtꝰ q̄ falli nō poteſt nec
fallere. Spiritus eſt deus ⁊ eos
q̄ adorant in ſpiritū et veritate
opoꝛtꝫ adoꝛaꝛe. Quid ergo dicis
deū per oſculum in v̉gine vene
neári. Eſto. pōnimus te ī oſculis
libidine non moueri. q̄s ſecuritū
te facit non mentem ſaltem vir
ginis non vas fragiliſſimū coꝛ
pus in oſcul̉ lubricari. Scimus
talibus maxie feminarū etiam
deuotarū affici coꝛpoꝛa q̄ coitu
non nouerūt. et in hoc euidētiſ
ſima racio demonſtraꝛ quia hoc
in illis maioꝛi delectacōe coitꝰ
minoꝛaꝛ q̄ꝫ in iſtis expertis q̄i
ſolum ſine coꝛrupcōne coꝛpoꝛis
licitum augmentaꝛ. Abſit tamē
ab vlla mente caſtiana licitum
⁊ ſine crimine credēdū oſculum.
dum veradicus auguſtinꝰ ī regu
la ſua etiam fixū oculū tanta pe
na cenſuit iudicandū de te. Si
igitur v̉ginem aut feminā ī cri
ſto diligis q̄a ſancta. ei cauere
debes ſicut et tibi. de te q̄dē vt
dicis ſecurus eſſe potens ī oſcu
lis non moueri. de illa nūq̄ꝫ. diſ
crimini ergo te ſine moꝛtali pec
cato cōmittere nō licebit. Si q̄s
v̉go caſti q̄ſi ad ſanctū oſculū
te inuitauerit ſputum pro ocu
lo reddas pugnū ingeās ɔtrectā
ti. Nec credas hunc ſeruū xp̄i
ſꝫ ſathane. nō amatoꝛem ſꝫ coꝛ
ruptoꝛem. non pudicicie zelato
rem ſꝫ cū certiſſime noueris vi
liſſimū lectatoꝛem. Exiſtēs
in opido magno brabācie bruc
cellenſi venit ad me puella q̄dā
rebus tenuis et foꝛmoſa cū mḱ
tis lacrimis ſibi poſtulans miſe
reri. quā cū hoꝛtarer dicere q̄d
haberet. illa cum eiulatu mag
no heu īquit me miſeram quia
cum ſacerdos q̄dam violenter
me vellet opprimere et oſculareꝛ
me inuitam illum auerſa manu
percuſſi in faciem et per nares
ſanguinolētū reddidi. pro quo
vt m̄i dicitur a clericis romā me
adire modis ōmibꝫ opoꝛtebit.
Tunc ego vix ɔtinens a cachi
no et quaſi ſerioſe locutꝰ terrui
illā. tāq̄ꝫ ḡuiter exceſſiſſet tan
dē iuramētū eiꝰ accipiens q̄ꝫ ſta
ret mādato meo dixi illi. Sub
p̄ſtito iuramēto p̄cipio tibi vt ſi
ille vel alius pb̄r violenciā tibi
in oſcul̉ ł ɔtrectacōibꝫ facere vo
luerit ɔtracto pugno valide ocu
lū ſi potes excucias cōtrectāti.
Nec in hoc vlli credi peccas. q̄a ca
ſtitatē tueri licꝫ ſicut coꝛpis vi
tā vbere. Hoc vt dixi oēs q̄ ade
ſāt et ipāꝫ puellam in riſū mag
nū et leticiā cōmutaui. Vidi
mus in gallie partibus virgi
nem cuius virtutē mirabilē nō
expedit ſubticere. hec vtroqꝫ

orbata parente in domo fratris
mulcis loco pediſſique ſeruie
bat· que cū nullius viri iocos ꝑ
ſus vellet admittere· ea quadā
die i ꝑparanda ſalſa manibꝫ oc
cupata· q̄dam ex ſatellitibꝫ eā
miſus ē oſculari ſ; fruſtra· nam
piſtillo q̄ ſalſam terebat· eū ca
pite percuſſit· Tūc ille leſus· O
neq̄ſſima inq̄t q̄re me volentē
ludere percuſſiſti· Cui illa ſubito
machās· ⁊ ego iq̄t nolo· In tali
ergo rigore v̄ginitas v̄go nobilis
perſeuerās adeo famoſa effecta
eſt vt comitiſſa de encholiſmo
eā cū filia ſua regina āglie vt il
lius inſtrueret obſeq̄is colloca
uit· Hec cum nullo modo poſtea
virū accipere cōſentiret· cū mul
tis regijs muneribꝫ et honoribꝫ
ad gallias ē reuſa et i domo hoſ
pitalis apud patauū humilis ſo
ror ē effecta· quā nos vidimus
eiuſdē dom⁹ magiſtrā ⁊ i ſeruitu
te caſti labore et ſenectute cōfe
ctam· ¶ Rem q̄dē ⁊ ſi modo ad
ꝓpoſitū non ſpectet iſta narrā
te narrabo· Eo tp̄e quo in āglia
morabat̄ monſtrū a nautis in
mari captū regine allatū ē qd̄ i
paucis diſtabat a feia· niſi ꝙ ca
put ita ſignatū habebat ac ſi ſu
per frōtem coronā in modū va
ſis qd̄ ſicellā dicimus iſigniret̄
comedebat et bibebat et nouis
mariie frugibꝫ letabat̄· null̄ ver
bis vtebat̄ ac voce ñ ꝙ exilige
mitu moleſtias exp̄mebat· tri
bus ānis i palatio fuit· Etiam
hic magnificādus ē deus q̄ dig
ne in creaturis talibꝫ etiā deus
mirabil̄ predicat̄· ¶ Sextavia
ad fornicacōēz eſt luxus i cōtre
ctacionibꝫ vberū vel pudē dorū·
qd̄ ſalomō i ꝓuūbijs inſinuās
de muliere vaga· ꝯcaci iquit vul
tu blandit̄ dicēs· Veni inebrie
mur vberibꝫ ⁊ fruamur cupitis
amplexibꝫ· Heu ꝗ flagiciosis
actibꝫ ſe imiſcet hūana nobili
tas· hac noxa irracōnabilitatis
ſolus racōnabilitatis capax ho
mo fedat̄ nec vllum irracōnale
aīmal huiuſmodi ſceribꝫ macula
tur· ¶ Nō ergo q̄nta miſeria illo
rum eſt q̄ iumētis inſipientibꝫ
inſipiētiores fieri ꝓprobantur·
Nec beſtia fact⁹ homo· ſ; beſtia
turpior ē· Regū primo libro le
git̄ ꝙ azocij q̄ interpretatur iren
dentes mutuo palpatores et cō
trectatores intellige i ſecreciori
parte natiū vindicta dei iuſtiſ
ſima ſunt perſſi· Vide q̄ntum
ſcelus et q̄nta neq̄cia cū accum
bunt viri feminis nudi nudis ⁊
credunt ſe corrupcōnis euaſiſſe
ſpurcicias ſi certa regione pollu
ta ſigillū carnis itegrum pſeue
ret hoc ſaluo faciunt quicquid

volunt. Abſit hoc a mūdiſſime
v̄gis filio vt hāc ſpōſā; nō repu
tet ſceleratiſſime ſordidatam.
Apoſtolꝰ enī deſpondit vni viro
caſtā v̄giēȝ exhibē xp̄o. Caſtā i
q̄t nō pollutā. Teſtoꝛ ōm ſpē q̄ȝ
cōeȝ oīm bonoꝝ. q̄ꝑ plures me i cō
feſſionibꝰ audiuiſſe q̄ magis cō
trectacōnū occaſione ɔtra pudi
ciciā peccauerīt q̄ꝑ ſi decē pueros
de ꝓpriis frībꝰ genuiſſēt. Que
enī operacio peccati naturāl ad
innaturale flagiciū. Hoc maluȝ
late p orbem ſpens etiā vinculo
ɔiugali iūctos inuoluit. Et ri de
q̄d hic etiā vinculo ɔiugali i ca
meracēſi ciuitate ſub venerabili
rogero eiuſdē vrbis epiſcopo cō
tigerit. ¶ Vicū quēdam fuiſſe
percepimꝰ q̄ tali vicio ſubiace
bat vt non ei ſufficeret delecta
cio coytꝰ cū vxore quin etiaȝ eā
ɔtrectacōibꝰ illicitis moleſtaret
Ergo vbi nocte quadā ē clamā
te vxore et īprecante vindictam
dei. maritus perpetrato violen
ter ſcelere ad vētris officiū ſur
rexiſſȝ moē ſolito. vētre ſoluto p
ſecreta nature ī cloacā viſcerā eiꝰ
deſcēderūt. Nec mora. clamans
reportatur ad lectū ꝛ publicato
re cōfeſſus cū crudeliſſimo manu
um cruciatu. q̄s quaſi ignibus
vrerentur abſcidi peciit in horā
diei terciam expirauit. Vide er

go q̄ꝑ digna tali opera vindicta
illata ſit. Si ergo viro flagiciū
cum vxore tanta aīaduerſione
percuſſum eſt et punitum. quid
illi acturi ſunt qui in ꝓpoſito cō
tinēdi ꝛ ſub ſpecie religionis ta
lia cōmiſerūt. Iſte ſunt vie ſex
cerete reprobis per quas ad for
nicacōis ludibrium peruenitur.
nec illud vitabit. aut penis qui
per eas vl̄ vnam etiam cū ſenſe
rit frequētaū. Vn̄ eccleſiaſticꝰ.
Via impiorum complantata la
pidibꝰ ꝛ in viis eoꝝ īferi ꝛ mors
Et pſ̄ īprecando dicit. Fiat via
illoꝝ tenebre q̄ntum ad excera
cōnem. ꝛ lubricū quantū ad faci
litatem peccādi. et angelus dn̄i
ſubaudis malus coartans eos
quantū ad exitū. E contra. ſemi
te iuſtoꝝ q̄ lux ſplēdēs ꝛ vie eo
rū vie pulchre et nō coartabun
tur greſſus illorū. Per vias er
go īmūdoꝝ ſiꝰs agri in coniuga
tis. ꝛ liliū ɔualliū ī v̄gibꝰ ɔterū
tur. Quo fugiendū eſt q̄ diuer
tendū ē in libro iudicum reqre
ɔſiliū. Angelū gedeonē iſtruen
tē attēdas. Cū enī gedeon q̄ ꝛ
ierobaal ſacrificiū ſup lapidē ex
coctis carnibꝰ obtuliſſet. prece
pit āgelus vt ſimul ius carniū
ſupfuſū offerret. Quid ī carne
n̄ fornicacōis aut adulterii car
nale pctm̄. Et q̄d ī iure in quo

caro excoq̄tur n̄ predictaꝝ viaꝝ
luxus per q̄s etiam mentes con
ſtantiſſime in mollicie̾ reſoluū
tur. Prius eni q̄ꝫ mēs imūdis
cogitacōnibꝫ imorec̄ oculos va
gos icaute ꝑciat. ſuggeſtiones
conſiliatricū exaudiat. amato
rijs ſe v̇bis immiſceat. oſcul̾ mul
ceac̄ et tādem cōtrectacōes illi
citas paciac̄. Priuſq̄ꝫ inq̄ꝫ iſta
ſuſtineat mens et caro cōſtans
fortiſſima ꝑſeuerat. Cū vero ta
libus dare aīm ceperit et ſenſe
rit miſerijs delectari velut exco
cta caro i tabē reſoluic̄ et abſq;
vlla fortitudine ſubſequic̄ ante
faciē tabulātis.

¶ De ſpiritualium filiorum ge
neracōe. Capitulū. xxx.

Apes q̄dem licet neq̄q̄ꝫ
coitu miſceanc̄ tn̄ maxi
mū filiorū examē emit
tunt. Quid eſt aūt ſine ↄcagio
luxus caſte ⁊ pudice maximum
examen filioꝝ emittere n̄ invni
tate matris eccleſie non adulte
rātes v̇bū dei ſicut dicit apoſto
lus ideſt ad lucrū aliud iclinan
tes ſedule predicacōis et v̇tutis
exēplo caſto dn̄o adopcōis fili
os gn̄are. Inde eſt q̄ꝫ ſpiritꝰ ſan
ctus i canticis admirac̄ dicens.
O q̄ꝫ pulchra ē inq̄t caſta gn̄acō
cū caritate. Nichil feditatis ca
ritas patic̄ ſed mūda et pudica

complectic̄. Unde beatꝰ augꝰ. in
libro ſup iohānem. O ſpōſa cri
ſti pulchra inter mulieres ideſt
virtutes dealbata aſcēdens ⁊ i
cumbens ſup fratruelē tuū q̄a
cuius lumine illuſtraris vt cande
as eius adiutorio fulciris ne ca
das. huic zelator aīarū iūgaris
conſortio. hāc in nullo negocio
pretermittas q̄a quicq̄d ſine il
la q̄ forma v̇tutum eſt agic̄ om
ni v̇tute fruſtrac̄. hoc preceptū
domini lucidū i q̄ vniūſa lex pē
det et ꝓphete. hec eſt lex caſti
conūtens animas teſtimonium
dn̄i fidele ſapiētiā preſtās par
uulis ideſt hūilibꝰ. In lucro er
go animarū ſicut lex dn̄i tecum
operec̄ caritas ⁊ non ages ꝑpe
ram. Quotq̄t eni in lege carita
tis que eſt gratia ꝑ legē carita
tis conūtis coronas meritorū
tot habebis. Uete ergo innume
roſe examē filioꝝ poteris laborā
re q̄a ſinguloꝝ gloria videberis
choruſcare. ita vt ab yſaia dica
tur tibi. Leua in circuitu oculos
tuos et vide! oēs iſti congregati
ſūt venerūt tibi. Filij tui de lōge
venient ⁊ filie tue de latē ſugēt.
tūc videb ⁊ afflues ⁊ dilatabic̄
cor tuū q̄n ↄūſa fuerit ad te ml̄
titudo maris fortitudo genciū
venerit tibi. Quid autem hinc
tēpibꝫ meis acciderit videamꝰ.

¶ Magiſter iohānes de niuella
leodieñ. ecclie decanus diuicias
contēpſit ⁊ gloriā ⁊ i mōſterio de
oignies ad rgularē ordinē venit.
de hoc beato viro q̄dam vidim⁹
et q̄dā audita narram⁹. virum
q̄ impulſit ocio vel q̄eti qui ſem
per indefeſſe in reuocacōne aīa
rum peccātū laboraret. et vide
zelū. Eo diutina et graui poda
gre moleſtia laborante q̄dam no
minatiſſimus phiſic⁹ a ſuperio
ribus ptib⁹ gallie vt eū i ꝓpriis
expenſis curāret aduenit. Cūqȝ
a medico q̄reret quātum ſe tpis
expēdere i morbi remediū opor
teret. rñdit. Perfectiſſīe inq̄t
infra menſes q̄tuor vos curabo.
Mox ille tibiam manu pcutiēs
clamoſe dixit. heu me miſerum
tunc ſi ꝓ iſta cum deus voluerit
in ꝓximo putredine reſoluēda
a predicacōne et ſalute hominū
etiā tribȝ ebdomadib⁹ ceſſem ⁊
aīe q̄s criſt⁹ precio ſui ſanguīs
emit per me interī liberande a
demonib⁹ diſtrahātur. Vos autē
magiſter kariſſime ad pciam re
dire poteritis cū placebit. bonā
volūtatē veſtrā ac labores xp̄s
vobis ipſe reſtituat. Iſte q̄dē be
atiſſim⁹ homo adeo pius cū zelo
aīarū i pauperes fuit. vt cū q̄d
daret paupib⁹ obuiis nil hēret.
ſpāli īfirmitate ſemp ꝓ defectu
muneris torq̄batur. ⁊ tūc pro cor
porali eleōſina ſpūal' beneficii
oracōnē pro eis ſuppliciter exſol
uebat. Proinde lector cōſidera
zelū quē habebat. Agonizabat
in morte eorū ſpē q̄ nocte ē de
funct⁹. Et ecce vir vag⁹ et nud⁹
ex hiis q̄s ribaldos dicim⁹ in ex
teriori parte dom⁹ venit q̄ ille i
terius decūbebat. Rogauit ille
vag⁹ de confeſſione colloq̄ ſecretiori.
ſȝ ei rñſū ē q̄ nō poſſet. Meſto
illo recedēte quedā ex circūſiden
tib⁹ aduocat vir beat⁹. Reducite
illū inq̄t ad me quē expuliſtis.
hoc audito mirati et cōfuſi oēs
hoīez reduxerūt. q̄ cū ei diligēter
fcā confeſſiōe ⁊ abſolucōe ſuſcepta
receſſit. Et dixit oib⁹ vir btūs.
Nollem pro mille marcis auri
me hominem non audiſſe. Et vi
de quo fructu. vix eni per quar
tā partem leuce homo receſſit
a domo tūc ecce repentina morte
percuſſus cecidit iam defūct⁹.
Nec mora. in ſequenti nocte vi
ro ſancto migrante ad dominū
accidit qd̄ ſubiūgo. ¶ In vlteri
oribȝ ptibȝ āglie q̄dam vir ſcūs
et bon⁹ pdicacōis officio īmine
bat. Eo aūt i ſtacōe publica pre
dicāte quedā peccatrix mulier
amariſſīe cōtrita vt patuit i po
pulo cū lacrimis exclamauit. Mi
ſerere mei ſerue dei. Audi miſeriā

et abſolue me a peccatis; tūc il
le vt potuit eam cōfeſſauit· ⁊ vl
q; poſt finitum ſermonē expe
ctare precepit· Quid pluā· Ite
rum paululū cū clamore ſurrex
it· et peciit mox audiri; ſed cum
iam finiendum ſmonem ꝑmit
teret predicator· ⁊ illa parum q̄
eſceret· ſurgit iā tercio clamat
horrifice· cadit in faciem ⁊ expi
rat· Turbatus ergo non modi
ce cum populo predicator orat
omnes preſentes cum lacrimis
orare dominū vt alicui q̄d ſit fa
ctum de anima peccatricis oſtē
dere digetur· Interī per tres
dies clauſus ī cellula p̄dicator
nil dormiuit neq; guſtauit· ſed
cōtinuus ī oracōe pmanſit· Ter
cia ergo nocte anima defuncte
lucidior ſup ſolē apparuit preſto
lanti· Aſſū inq̄t aīa ꝑ qua oras
ab ōni pena ſoluta ſū· nichil re
ſtat niſi ad ſuperos ſtatī auolare·
Tunc illo nimium iterius he
ſitāte reſpōdit aīa· Hoc ſignū
tibi q̄ nō deciperis· Quidā ma
giſter iohēs ī partib⁹ braban
cie in mōſterio marie de oigni
es leodieñ· dyoceſ· iſta nūc ho
ra abiit· ⁊ ſicut ī vita ſemp ſup
afflictos ⁊ pauperes pius fuit·
ita ⁊ nūc cū poſt mortē añ locū
purgatorij· in q̄ cū inumerabili
multitudine detinebar· ei⁹ felix

anima ab āgel deferret ⁊ ibidē
multos recognoſceret quorū au
ctor ſalutis extiterat· pietate cō
motus pro eis ſuppliciter dñi
num exorauit vt a pena purga
torij ſoluerent· Nec mora· ex
auditus a domino et non tm̄ ꝑ
illis ꝑ q̄bus orauerat· verūetiā·
cum alijs multis et ego pariter
liberata ad celos ī maxia gloria
ſit ſuſcept⁹· Hec dicens aīma
ab ocul mirantis euanuit· Ipſe
vero in trāſmarinis ſtatim dire
cto cum litteris nūcio· ſicut aīi
ma pro ſigno dederāt diem horā
q; beatam vitā migrantis inuenit·
Vide ergo lector q̄nta gloria dig
ni ſūt· qui ī ſalutem proximorum
fideles exiſtūt·

## De vtute oracionis· Capitulum· xxxi·

Nocte ī expedicōe de p̄hē
ſe excubāt ſupiē vt alas
a tore ꝑtegāt· Nox in
ſacra pagina ꝑ ignorātia poni
tur· Si ergo ī ignorātie via per
quā ad xp̄m pgas incedens excu
ba ī orōe ſupin⁹ ⁊ erigas oculos
⁊ man⁹ ad celum donec eluceſ
cat ſplendor in tenebris et viā
dirigas adoptatū· Idem facias
ſi noctem vel tenebras incedis
peccatorū· ſꝫ ſi oculos cum publi
cano leuare nō audis inuita ſan
ctos· āgelos interpella vt deum